Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Exaudi me humilem et festina ut eruas me a morte tertia die resuscitando et ne differas in cœm omnem resurrectionem meam

O tu deus pater qui omnio saluas et protegis

Esto michi deus protector ut me vndique tuo valles auxilio ut nulle indeorum impugnationes me ledant sis michi securitas in qua quiescam. Fac me resurgere ut salutem me facias a morte qua s' iudei putant me posse dampnari

Ideo te et non aliu quero. Quoniam fortitudo mea ad tollerandum persecutores et refugium ad euadendum eos tu michi es propter nomen tuum deduces me. facies me tnsire de morte ad vitam de corruptione ad incorruptione; de pena ad ytam et enutries me multiplicando et paulatim augendo corpus meum cp'est ecclesia

Et a laqueo mortis quo me omnino pdere iudei occulte machinant' misidys educes beneficio resurrectionis frustratis omnibus iudeorum consilys contra me paratis quia domino protegente nulla michi potest adusitas pualere

Protestati tue comendo spm meu ato eum recepturus deinde ipsius fidelis xpi passione redeptus de resurrectione capitis letus dicit gras agens redemisti me dne deus veritatis non fallens in promissione quod eni per ypsetas promisisti in tua morte adimpleuisti

Populum tuum redemisti sed O disti obseruantes et amantes vanam beatitudinem seli diuicias diuitias gaudia seculi que utique vana sunt quia labilia quia non tm vacue sed superuacue obseruant' qn ita amant' ut celestia contemnant'

Illi obseruant vanitates Ego autem spezaui non in pecunia honore aut in aliqua humane ptatis sublimitate que omnia pereunt sed in domino qui est veritas et vita et ideo exultabo et letabor in mia tua que